

## 1199. – s. l.

*Accord passé, par l'intermédiaire de l'évêque de Vannes, entre l'évêque de Saint-Brieuc et le prieur de Saint-Martin de Josselin relativement aux chapelles de La Ferrière et de Lantenac.*

FRAD56, 27 H 1

[En haut du document, en capitales, scindé en deux dans la hauteur : « *CIROGRAPHUM<sup>1</sup>* »]

/1/ Universis *sanc*te matris ecclesie pr<sup>et</sup>atis ceterisque fidelibus ad quos p<sup>re</sup>sentes littere p<sup>re</sup>venerint, Guehenocus, Dei /2/ *grat*ia ep<sup>isc</sup>opus, Petrus, archidiaconus, T., thesaurarius, Venetenses, salutem in auctore salutis. Cum Jocelinus, vene-/3/-rabilis Dei *grat*ia Br<sup>io</sup>censis ep<sup>isc</sup>opus, et Stephanus, pr<sup>ior</sup> Sancti Martini de castro Jocelini, super donatione capella-/4/-rum de Ferraria et de Lantenac, auctoritate apostolica nobis super hoc delegata, coram nobis diutius liti-/5/-gassent, tandem post longuam litigacionem in hunc modum coram nobis pacifice convenerunt. Jus dona-/6/-tionis p<sup>re</sup>ditarum capellarum concessum est ad p<sup>re</sup>sentacionem magistri scolarum pacifice et sine /7/ calumpnia, et cedit de cetero ep<sup>isc</sup>opo Br<sup>io</sup>censi. In eisdem autem capellis pr<sup>ior</sup> Sancti Martini VIII<sup>to</sup><sup>2</sup> solidos et VI /8/ denarios accipiet annuatim, capellanus autem cuicunque ep<sup>isc</sup>opus Br<sup>io</sup>censis p<sup>re</sup>dictas capellas assignabit, /9/ jurabit bona fide in altera dictarum capellarum coram dictis ep<sup>isc</sup>opo et pr<sup>iore</sup>, vel eorum procuratoribus, se /10/ pr<sup>iori</sup> Sancti Martini dictam pensionem annuatim fideliter redditurum. Adnexum est huic compo-/11/ sitioni quod idem ep<sup>isc</sup>opus habebit magistrum scolarum et capitulum Br<sup>io</sup>censis ecclesie ad ipsam compositionem /12/ bona fide et pacifice concedendam. Hanc autem compositionem inviolabiliter observanda /13/ dicti ep<sup>isc</sup>opus et pr<sup>ior</sup> coram nobis fide interposita firmaverunt. Decimas et cetera beneficia que /14/ pr<sup>ior</sup> et monachi Sancti Martini habent et possidere dinoscontur in episcopatu Br<sup>io</sup>censi idem ep<sup>isc</sup>opus /15/ sigilli sui munimine confirmavit. Et ut hoc ratum et firmum haberent posteri, p<sup>re</sup>sentes pa-/16/-ginas duximus sigillorum nostrorum munimine roborare. Hoc autem actum est coram nobis, /17/ anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup><sup>3</sup> nonagesimo nono<sup>4</sup>.

<sup>1</sup> Un chirographe est une charte sur laquelle le même acte est écrit deux fois de sorte que, la feuille coupée au milieu, chacun des contractants ait un original.

<sup>2</sup> « *octo* ».

<sup>3</sup> « *millesimo centesimo* ».

<sup>4</sup> 1199.